



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 7. Viatus conjurationis in Reginam conflatæ caput.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Horum postremus Corisupotanam, & Sæcul XVI.  
Suffolciæ Dux Varvicensem, aliasque A.C. 1554.

Provincias in medio Regni sitas concitatbat: Viatus vero suorum factionem in Cantiensi Provincia contrahebat. Ast Carrus tam improviso consilio rem aggrediebatur, ut detectus in Gallias auffugere compelleretur, quapropter Viatus sui consilii executionem quantocius maturare cogebatur, quamvis conjuratorum sententia eo abiisset, ut Principis Philippi adventus in Regnum expectaretur, eo fine, ut seditionis abominatione praetextu magis honorifico velari posset.

### §. VII.

#### *Viatus coniurationis in Reginam conflatae caput.*

Ergo Viatus cum exiguo militum numero raptim collecto Vigniacæ Madum contendit, ac per universam Cantensem Provinciam promulgari jubet, quod Regina perversis suorum consiliis decepta Angliam duro servitutis jugo subjicere, ac Religionem per suum connubium cum extero Principe initum discrimini exponere pararet. Post hæc Rossam usque progreditur, ubi tamen Gubernator, et si a Viato fuisset sollicitatus, adeo non perverso ejus consilio cedebat, ut illum etiam arma ponere, ac

*Natal. l. 7.  
in fin.*

*Thu. hist.  
lib. 13.*

*Hist. Eccles. Tom. XLII. B proti-*

Sæcul. XVI. protinus recedere juberet: mox vero  
A.C. 1554 Regina, ut horum rebellium turmas  
dissiparet, fecialem ad illorum cory-  
phæum ablegabat una cum Regio di-  
plomate, vi cuius præteriorum veniam  
omnibus pollicebatur, dummodo intra  
viginti quatuor horarum spatiū suos  
milites dimitterent. Id renuente Viato  
Regina adversus eum Norfolciæ Duxem  
emittere cogebatur, unacum sexcentis  
Londinenibus indigenis militibus, cum  
majorem tunc numerum contrahere,  
temporis vicissitudines haud permitte-  
rent. Nihilominus tamen Dux præpri-  
mis militum suppetias, quas Knevetus  
fese Viato juncturus duxerat, cæsis fer-  
me sexaginta, dissipabat, qua clade re-  
bellium Antesignanus tantopere turba-  
batur, ut fuga sibi consulere unice in-  
tentus esset. Verum ex inopino pror-  
fus eventu animum erigere cœperat;  
quippe Norfolciæ Dux sexcentis pediti-  
bus, ac ducentis equitibus auctus, ubi  
ad pontem Rossensem in Viati conspe-  
ctum venit, a suis desertus fugere co-  
gitur, amissis tormentis, & omni bel-  
lico apparatu: cum autem fugeret, ab  
insequentibus capitur, sed mox a Viato  
liberatur, qui eum, ut tam justi belli  
dux esse vellet, hortabatur, aut saltem  
ipsus Reginam adiret, eidem suo nomi-  
ne significaturus, quod hæc arma non  
contra

contra ipsam, sed contra exterorum Sæc. **XVL**  
machinationes pro patriæ libertate sum- **A.C. 1554.**  
pta essent.

## §. VIII.

*Viatus Londinum ingressus, ca-  
ptusque.*

Hoc successu Viatus insolentior factus  
recta Londinum suos cum quatuor  
circiter armatorum millibus ducere sta-  
tuit, ac die secunda Februarii quoddam  
hujus Metropolis suburbium ingreditur,  
ratus, cives ejus consiliis abs dubio  
suffragaturos, ipsumque festive exceptu-  
ros: cum autem pontem militibus va-  
lide munitum cerneret, secus Tame-  
sin flumen usque ad Kynystonum, oppi-  
dum decem milliaribus Londino dissi-  
tum, remeare cogitur, ubi pontem dis-  
iectum reperiens in eo reparando ali-  
quot horas insumpserat: tandem vero  
ad adversam fluminis oram contendens,  
duorumque ferme millium supplemen-  
tis auctus copias suas proximius urbi  
admovet, atque ad illius portas feria  
quarta Cinerum, quæ in diem quintam  
Februarii incidit, prope locum, qui vul-  
go Hida-park vocatur, cum suis per-  
venit. Comperto illius adventu Pem-  
bruchius Comes selecto milite stipatus,  
ac Clintonis auxilio fretus Viato urbem  
intrandi spatium studiose indulgebat, eo

B 2 fine,